

mutato nomine mensis corrigi posset) erat Jovis. Si vero supponamus hic prætermisum exeunte januario, tunc optime notæ omnes conciliantur; dies enim XI. exeunte januario erat dies Mercurii.

Investitura aliquorum feudorum ab Uberto electo Astensi facta Bonifacio Marchioni Montisferrati ex chartulario Ecclesiæ Astensis.

195

MCCXXXVII.

195 Anno Domini MCCXXXVII., indictione X., die lunæ nono mensis martii. In claustrum majoris Ecclesiæ Astensis vocatis, & rogatis testibus D. Oberto comite de Blandrate, D. Anselmo de Govono, D. Gullielmo Vicecomite, Nicolao Scapita, Guiffredo de Plozio, & Jacobo de Fossato iudice, D. Ubertus Dei gratia electus Astensis investivit D. Bonifacium marchionem Montisferrati de suo justo, ac recto feudo, qui fidelitatem juravit, & in continenti requisitus consignavit feudum Caminum, Pontem de Stura quartam partem in S. Salvatore, & dixit se tenere alia quam plura, quæ tum scripta erant. Ego Henricus de Morocio Pal. Not. his interfui, & rogatus sic scripsi.

Sententia Potestatis Alexandria in lite civitatis Aquensis cum Manfredo Boccaccio.

196

MCCXXXVII.

196 Anno Nativitatis Domini MCCXXXVII., indictione X., die Veneris XI. exeuntis augusti præsentibus D. Ruffino Gambarino, D. Lanzavetula, D. Ugone Claro, D. Belengerio Ansaxo, & Bruffa Lanzavetula testibus. In Alexandria in majori Ecclesia Alexandria D. Albertus de Mandello Potestas Alexandria arbiter electus inter commune Aquense ex una parte, & D. Manfredum Boccaccium ex altera nomine, & vice communis Alexandria habita inde licentia a consilio Alexandria more solito convocato habito plurium sapientum ejusdem civitatis consilio tam de populo, quam de communi, & voluntate infra script. ibi præsentium in ipsa Ecclesia dixit, & pronunciavit, & arbitratus fuit, quod homines, & commune Aquense debeant facere, & reficere suis expensis domum, sive palatium, & turrin dicti Manfredi in eo statu, & bonitate, in qua erant, quando dirutæ fuerunt arbitrio duorum magistrorum electorum a Potestate Alexandria, qui in prædicto opere laborare debeant, & semper interesse expensis communis Aquensis usque ad festum S. Martini proximi, & debeant incepisse usque ad dies X., & ab inde in antea sine intermissione laborare, & esse in opere cum tot magistris, & manualibus, & cum tali opere, quibus & quo erunt necessaria, & necessarium ad dictum opus, ita quod bene compleverint usque ad terminum infra scriptum arbitrio duorum infra scriptorum electorum per Potestatem Alexandria, aut dent, & solvant ipsi Manfredo Boccaccio in bonis denariis numeratis libras octocentum Papiæ usque ad festum S. Michaelis proximi, & homines, & commune Aquense debeant, & teneantur elegisse, quod infra scriptorum sibi potius placuerit, aut dictum opus

reficere secundum modum, & formam prædictam a die crastina ad diem Martis proximi, vel infra scriptum. solvere ad terminum infra scriptum, & si elegerint dare infra scriptas libras 800. Papiæ. Liceat ipsi Manfredi sine prohibitione communis, & hominum Aquis, vel alicujus de Aquis reficere domum, sive palatium, & turrin infra scriptam ad suam voluntatem condemnando Ogerium Turrium Syndicum communis Aquis præsentem, & procuratorem Anrici Cazuli Sindici communis Aquis nomine infra scripti communis, & per eum ipsum commune, & ipsum Anricum Cazulum Syndicum infra scripti communis absentem, ut prædicta omnia debeant attendere, & observare, & attendi, & observare facere in omnibus, & per omnia, & singula ut supra sub pœna in compromisso apposita, eo salvo quod prædictus Potestas retinuit in se omnem potestatem, & bailiam, & vim pronunciandi, & arbitrandi, & dicendi, & sententiandi in omnibus, & singulis, de quibus compromissum est in eum Potestatem nomine communis Alexandria a prædicto communi Aquis, & a dicto Manfredi, & inde dictus Potestas hanc fieri jussit ut supra ec. Ego Obertus Scutus de Trugio Not. S. Pal. jussu Not. Paure Not., cui jussa fuit, hanc cartam scripsi. Ego Anselmus de Fara Not. S. Pal. jussu D. Tebaudini Fantini videns supra script. instrum. exemplavi nihil addens, vel minuens.

30 *Literæ Archiep. Jan. præposito Humiliat. Alex.*

MCCXXXVIII.

197

30 Anno Dominicæ Nativitatis millesimo ducentesimo XXXVIII., indictione XI., die Dominicæ XV. exeuntis januarii in Alexandria præsentibus Matheo Botazio, Casca, & Ruffino Mastasio testibus vocatis, & rogatis coram Domino Amico præposito S. Michaelis Humiliatorum Alexandria subdelegato O. D. D. Archiepiscopi Januensis Delegati D. Papæ, ut in literis infra scriptis continetur, quarum tenor talis est. O (1) permissione Divina, Januensis Archiepiscopus licet indignus Sedis Apostolicæ delegatus, dilecto in Christo Fr. Amico Dei gratia humiliatorum præposito salutem, & sinceram in Domino charitatem cum Petrus de S. Angelo Syndicus capituli Alexandria nuper venerit ad præsentiam nostram dicens agitur de quadam possessione emta a fratribus Ecclesiæ S. Marci, quam capitulum Ecclesiæ Alexandrinæ vindicare volebat, & reapse recuperavit solutis expensis, aliisque conditionibus peractis, quas hic Archiepiscopus Januensis præscribit. Canonici hic nominati sunt: D. Bonifacius Archidiaconus, D. Manfredus Præpositus, D. Bernardus Cantor, D. Presbiter Jacobus D. Facinus Guascus, & D.

(1) Exemplar ad me transmissum habebat M., sed perperam. Hoc enim anno Januæ Archiep. erat Otho.

Absolutio ab excommunicatione consilio Aquensi ab Episcopo data sub certis conditionibus.

MCCXXXVIII.

198

198 Anno millesimo ducentesimo trigésimo octavo, indictione XI., die vero XII. martii in Aquis